

Documents pour servir à l'histoire médiévale de la province augustinienne de Cologne

Extraits des registres des prieurs généraux
(1357-1506)

(suite) (*)

Alexandre Oliva ³²³⁾

1459-1460

584

Tollentini, 16 Maii 1459

Declaramus de iure provincie studentes in conventu paduano fratrem thedericum de vasalia ³²⁴⁾ et fratrem petrum de michelinia. Recomendantes [etc.].

Dd 6, f. 68r

585

Tollentini, 18 Maii 1459

Remisimus ad suum conventum nativum fratrem henricum hollar de lovanio ³²⁵⁾, precipiendo provinciali sub pena privationis offi-

*) Voir *Augustiniana* IX (1959), 202-220, 339-356, 431-477; X (1960); 115-177, 297-327.

³²³⁾ Alexandre Oliva de Saxoferrato fut élu général, le 12 mai 1459, par le chapitre de Tolentino, après avoir déjà assumé la charge de vicaire-général. Il fut un partisan fervent de l'observance. Pie II le créa cardinal en mars 1460. Il mourut le 21 août 1463 à l'âge de 63 ans. Voir, sur ce nom, D. PERINI, *Bibliographia Augustiniana*, t. III, Florence 1935, pp. 31-35 et les sources citées.

³²⁴⁾ Wesalia = Wesel en Rhénanie. Il est probablement à identifier avec Theodoricus de Montibus de Wesalia, mentionné dans le document 603.

³²⁵⁾ Signalé en 1447 dans le matricule de l'Université de Louvain sous le

cii sicut in pactis compactatum est et quibuscumque officialibus ea restrictione ut te benigne suscipiant, habilemque te ad omnem vocem activam et passivam [faciant] non obstantibus quibuscumque contra te iniuste illatis etc.

Ibid.

586

Eadem die

Fratri Augustino goeswini ³²⁶), conventus brugensis, dedimus litteras, quibus eum remittimus cursorem ad suam provinciam et conventum, recommendantes eum provinciali et omnibus officialibus sub pena absolutionis ab eorum officiis ipso facto, si in minimis contra hoc contradixerint, precipiendo quod ipsum in camera sua suscipiant et bonis sine aliqua replica etiam comoditatibus ipsius camere in integrum, prout littere nostri predecessoris et provincialis pro tempore atque conventus desuper concesse extant tibi servatis omnia in contrarium etc. revocantes etc. Insuper ipsi provinciali sub dicta pena etiam et nostre rebellionis, ut nomen in ingressu religionis sibi impositum non mutant aut idem facere presumant allegationibus in contrarium cessantibus etc.

Ibid.

587

Eadem die

Cursori fratri henrico de brillis, conventus dordracensis, dedimus licentiam in conventu bononie accipiendi gradum lectoris sub magistro regenti pro tempore cum gratiis etc., quo adepto cum consuetis prerogativis in tuo conventu et provincia sine contradictione cuiuscumque nostri inferioris te recipi volumus et digne tractari, mandantes priori et omnibus ad quos spectat, ut absque repulsa tibi de termino digniori secundum gradum, qui conventualitatem preceditur, debeat omnino providere constitutionibus in ea parte factis non obstantibus. Deinde controversiam de debitorum allegatione inter lectorem henricum hen ³²⁷) et te usque ad nostrum adventum suspendimus sub pena nostre rebellionis etc.

Ibid.

nom de Henricus de Hoelaer (= Hoeilaart-lez-Bruxelles). Voir E. REUSENS, *Matri-cule de l'université de Louvain*, t. I (1426-1453). Bruxelles 1903, p. 81. Voir plus loin le doc. 759.

³²⁶) Voir les documents 551, 552 et 641.

³²⁷) Probablement le même que Henri Heij, lecteur à Dordrecht, mentionné dans le document 604.

588

Eadem die

Fratri georgio de breda licentiam concessimus in ecclesia parochiali opidi brede ³²⁸⁾ posse officiari ad vitam absque impedimento cuiusquam inferioris et quod honeste vivat et de termino sicut in precedentibus litteris constat agere etc.

Ibid.

589

Eadem die

Fratrem vellelmum de Alecmaria ad suum conventum dordracensem remittimus, mandantes provinciali et ceteris sub pena rebellionis [etc.] et quod pro subsidio possit pro terminario esse socius etc.

Ibid.

590

Eadem die

Similes litteras, ut immediate sunt superius, dedimus fratri hermano de Texalia etc.

Ibid.

591

Eadem die

Dedimus litteras magistro Iacobo simonis ³²⁹⁾, ut si provincialis non servaret promissa, quod possit ire ad conventum dordracensem vel alium ad habitandum, tamen quod primo vadat brugis et petat cameram, quibus [fratribus] precipimus sub pena rebellionis, ut illam aut pecuniam reddant solutam conventui pro ea et si non posset habere cameram, quod usque ad adventum nostrum provideant sibi de alia camera cum camino, cum minores habeant prerogativis ipsius nullo pacto derogando, et si adversitas persecutionis eum urgeret, quod posset servire in ecclesiis, capellis sive altaribus, dyocessani ³³⁰⁾ interveniente consensu donec per nos fuerit provisum.

Ibid.

592

Tollentini, 20 Maii 1459

Dedimus litteras priori ceterisque fratribus conventus brugensis

³²⁸⁾ Bréda.

³²⁹⁾ Maître Jacques Simonis ou Symoens, du couvent de Bruges, succéda, en juillet 1466, à maître François Stoc comme prieur à Bruges. Voir les documents 548, 592 et 682.

³³⁰⁾ Ms: *dyocessani*.

de concordia inter provincialem Magistrum Iacobum de ostende ex una et Magistrum Antonium ³³¹⁾ provincialem ex altera [parte] et ceteros patres provincie etiam coram R. mo domino cardinali protectore, exclusis odio et rancoribus, quibus mandamus in meritum sancte obedientie et [sub] rebellionis pena, ut magistrum Iacobum simonis benigne et caritative suscipiant et de camera volentes servari, ut in alia parte folii declaratum [est] etc.

Dd 6, f. 68v

593

Eadem die

Fratrem Mathiam eelsrach ³³²⁾ remissimus ad conventum suum nativum, reddentes testimonium, quod te in hoc conventu sancti nicolay de tollentino bene habuisti, recommendantes [etc.].

Ibid.

594

Eadem die

Dedimus licentiam fratri Iohanni hacht ³³³⁾, lectori, ad legendum bibliam pro primo anno et pro 2^o anno legendi Sententias in studio et conventu nostro Iovaniensi cum singulis gratiis etc., et hoc ob preces R.mi patris et domini episcopi senegaliensis ³³⁴⁾, quas coram omnibus patribus diffinitoribus pro eo effudit, ut ad huiusmodi gradus promoveretur, et sicut etiam promotus fuit et proclamatus per suum diffinitorem. Recommendamus eum Magistro Iacobo de ostende provinciali et singulis magistris supradicte universitatis etc.

Ibid.

(An. Aug. VII, 31)

³³¹⁾ Antoine Falconis de Erpel. Voir sur lui la note 233.

³³²⁾ Matthias de Elsrack décéda, le 31 août 1483, en son couvent de Hasselt, où, en 1468, il est mentionné comme sous-prieur. Voir N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg.* Ms. t. IV, 320 et 323.

³³³⁾ Jean de Haecht (= Haacht en Brabant), du couvent de Louvain, fit son doctorat en théologie à l'université de Louvain et siégea dans le Conseil de ladite université. Il fut le conseiller du fameux peintre Thierry Bouts, établi à Louvain de 1457-1475. Son portrait figure sur le dyptique de la justice de l'empereur Othon III (Bruxelles, Musées Royaux des Beaux-Arts de Belgique) et conservé à l'Hôtel de ville de Louvain jusqu'en 1827. Voir sur lui J. WILS, o. c., p. 393 et les sources citées ainsi que V. DENIS, *Thierry Bouts*. Paris-Bruxelles 1957. Voir plus loin les documents 634, 753.

³³⁴⁾ Episcopus Senegalensis = Antoine de Recanati. Voir à son sujet la note 204.

595

Mantue, 26 Iunii 1459

In termino zitterdensi ³³⁵⁾ concesso fratri Iohanni de Wessalia per conventum traiectensem cum domo hedificata de novo, concedimus posse morari more solito, cum debita satisfactione conventus, honestate ordinis servata absque cuiusquam nostri inferioris contradictione.

Ibid.

596

Eadem die

Lectori franchoni de Erpel concessimus et confirmavimus gratias per predecessores nostros concessas etc.

Ibid.

597

Mantue, 29 Iunii 1459

Propter labores et incomoda et provincia tuenda et conservatione fame volumus, quod fratri gualtero lectori de dordracō restitatur terminus de horen ³³⁶⁾ vel equivalens, et camera quam actenus inhabitavit et quod det fideiussorem, si controversia esset inter eum et conventum de aliquibus pecuniis, cuius postea expeditionem reservamus visitationi nostre immediate future et hoc pro pace et si (quod deus avertat) Magister Iacobus de ostende provincialis contra pacta in capitulo generali firmata, ipsum persequeretur tunc pro vita et vestitu sibi licentiam concessimus posse in civitate sive extra civitatem ecclesiis et capellis deservire, super cuius executione mandamus priori dordracensi, quod a notitia presentium infra mensem sub pena privationis officii, quam ipso facto incurrat, debeat premissa, et specialiter de termino et camera executioni mandasse, et similiter sibi confirmamus gratias omnes et singulas per nostrum predecessorem concessas, quas eidem volumus absque cavillatione servari.

Ibid.

598

Eadem die

Permanente in solido statu diffinitione provincie confecta in capitulo generali tollentini celebrato, confirmamus in provincialem pro-

³³⁵⁾ Sittard dans le Limbourg hollandais, où le couvent de Maestricht possédait, de longue date, une maison terminaire.

³³⁶⁾ Hoorn en Frise occidentale, où le couvent de Dordrecht avait une maison terminaire.

vicie Colonie Magistrum antonium de herpel cum gratiis consuetis, et quod possit confiteri in anno auctoritate nostra 4, in nativitate, in resurrectione, penthecosten et sancti Augustini, et confirmamus sibi gratias per predecessorem concessas, et mandamus sibi in meritum sancte obedientie, quod controversiam versantem inter Magistrum Wynandum Spoyer ³³⁷) et Wynandum bachalarium de Colonia, super quibusdam debitis videat et examinet et visa equitate unicuique parti iustitiam administret etc.

Ibid.

599

Mantue, 17 Oct. 1459

Dedimus licentiam fratri Iohanni de Traiecto inferiori eundi ad patriam suam et expedienda facta sua et redeundi ad conventum suum castillionis aretini, in quo fuit receptus et professus, duraturam per menses sex, incipiendo ad kalendas novembris proxime futuri, recommendantes etc. ³³⁸).

Ibid.

600

Mantue, 20 Oct. 1459

Fratri Iacobo de dordraco ³³⁹) cursori, eo quod Venerabilis provincialis provincie colonie magister Iacobus de ostende testificatus est de sua ydoneitate, dedimus licentiam suscipiendi gradum lectoris extra Italiam sub quocumque magistro cum gratiis, privilegiis etc.

Ibid.

³³⁷) D'après une aimable communication de notre confrère A. Zumkeller de Munich, Wynand Spoer de Cologne, professeur en théologie (voir sur lui la note 217), est l'auteur d'un manuscrit intitulé *Novem propositiones de mendicatione et eleemosynis*, conservé à Wertheim-sur-le-Main, Evangel. Kirchenbibliothek, cod. 673 (XV^e siècle), fol. ca. 70 sqq. (4 folios en tout). Le P. Adolar Zumkeller retrouva aussi deux sermons de Giso de Cologne (voir sur lui la note 40) dans le cod. 280 (XV^e siècle) de la Fürstenbergische Hoffbibliothek à Donaueschingen. Voir fol. 140v-141r: Sermo: « Vulnerasti cor meum, sponsa mea, uno ictu... et vulnerasti cordium amorosorum... » et fol. 141v-142v: Sermo: « Mirabilia opera tua et anima... In verbis istis notatur, quod animae humanae multiplex est cognitio... ».

³³⁸) Ce texte est biffé complètement. Dans la marge on peut lire: *non habuit locum.*

³³⁹) On peut l'identifier avec Frère Jacques Croone de Dordrecht, qui, en 1461, alors qu'il étudiait à Florence, copia un manuscrit portant le titre *De peccatis et remediis peccatorum* et qui repose actuellement, sous le n° 611, à la bibliothèque universitaire d'Erlangen. Voir le f° 192v°: Anno Incarnacionis Domini 1461 in

601

Mantue, 21 Oct. 1459

Fratrem Iohannem de gandavo ad ordinem inductum et receptum per pie memorie fratrem philippum de dordraco, dum prior esset in conventu gandavi, postea nutritum in conventu dordraci, incorporavimus et fecimus filium conventus dordraci etc., si tamen uterque conventus consentiat etc.

Dd 6, f. 69r

602

Mantue, 30 Oct. 1459

Dedimus licentiam fratri Iohanni de traiecto inferiori eundi ad provincialem provincie Colonie Venerabilem magistrum Iacobum de ostende collocandum quo loco sibi visum fuerit, recommendantes.

Ibid.

603

Mantue, 19 Dec. 1459

Dedimus licentiam fratri theoderico de montibus de Wesalia studentii, cum fuerit per patres sue provincie missus ad aliquod studium generale pro gradu lectorie consequendo, quod possit gradum suscipere sub magistro regente, qui ibidem pro tempore erit, cum gratiis etc.

Ibid.

604

Mantue, 13 Ian. 1460

Scripsimus litteras fratri gerardo de leydis, priori conventus dordracensis, in hac forma. Arbitramur fratres provincie colonie nostri ordinis locaque a turbinibus ac tempestatibus passionum, persecutionum, seditio-
num, atque rixarum amodo conquiescere post, videlicet, quam R. mus dominus protector noster, duo summi pontifices, necnon et Capitulum generale proxime celebratum ³⁴⁰⁾, tam saluberima media inter tam discordes animos posuerunt ex unanimi utrius-

conventu et studio Florentiensi hunc scripsit librum Venerabilis cursor et lectorandus de Dordraco, provincie Colonie Ordinis Her. Fratrum Sancti Augustini, Iacobus Croone dictus. Qui scripsit sit benedictus, ut cum pace vivat. Deus hoc sibi donat ».

Jacques Croone conquiert le grade de maître en théologie à l'université de Cologne, où il s'était fait inscrire le 5 septembre 1472. Il était alors prieur du couvent de Cologne. Voir, sur lui, H. KEUSSEN, *Die Matrikel der Universität Köln*, t. I, Bonn 1928, p. 65, n. 129 et p. 844, n. 28 et plus loin les documents 706, 763, 768, 782, 785, 836 etc.

³⁴⁰⁾ Chapitre général de Tolentino en 1459.

que partis consensu, preterea et nos patentes litteras dedimus contra quas minus religiose appellationem interposuisti, contempsistique in discrimine anime tue litteras, et voluntates atque mandata omnium predictorum. Nos vero obtusitati tue, atque obliquitati quam velut fragilitatem quandam pensavimus compatientes, alias quasdam mitissimas iam tertio litteras ad te dedimus, ut anima tua omnino perversa resipisceres, sed tu induratum ad instar incudinis cor gestans, proprieque salutis oblitus paterna omnia monita et precepta, mandata denique omnia post terga in dei contemptum et sancte religionis proiecisti. Quid ergo aliud salubre remedium frustra expectatur, venire ad te non possumus negotiis gravissimis prepediti, alium vero nostro nomine transmittere nequimus, desperamus enim de duritia tua, qui (ut dictum est) summis etiam pontificibus parere noluisti. Quapropter decrevimus acriora ad remedia manus apponere, harum igitur serie litterarum te tamquam pertinacem ac rebellem, officio prioratus privamus, ac privatum declaramus, in nomine patris etc. Et ne conventus ipse cui hactenus inmerite prefuisti accephalus remaneat, volumus quod per eos ipsos fratres in conventu residentes, alius prior canonice eligatur, qui electus ipso facto harum litterarum serie intelligatur et sit confirmatus cum plenaria auctoritate tam in spiritualibus quam temporalibus, qua ceteri priores in eodem conventu solent potiri. A notitia vero presentium usque ad electionem prioris inclusive, volumus quod prefatum conventum regat et dirigat venerabilis lector henricus heye ³⁴¹⁾ cum plenaria auctoritate vicarii localis, constitutus autem prior et omnes fratres ibidem residentes volumus quod subsint obedientie Venerabilis provincialis magistri Iacobi de ostende, sicut huc usque fuerunt, usque ad adventum nostrum, non enim intendimus diffinitionem in capitulo generali confectam quovismodo alterare, precipimus insuper omnibus et singulis fratribus in eo ipso conventu residentibus quatenus supradicto per nos instituto vicario et reverenter et religiose obediant. Similiter quoque et priori cum fuerit electus, tanquam eorum legitimo pastori, et ne amplius a notitia presentium tu presumas

³⁴¹⁾ Ms: *Heyy*. Henri Heij (voir doc. 587) est signalé comme lecteur à Dordrecht par G. D. J. SCHOTEL, *Het klooster, het hof en de kerk der Augustijnen te Dordrecht* (Dordrecht 1861, p. 56), de même que dans un document, daté du 16 janvier 1435, relatif à quelques maisons de Jacob Lisse, évêque de Tripolis, à Dordrecht. Voir J. L. VAN DALEN, *Het klooster en de kerk der Augustijnen te Dordrecht*, dans *Bijdragen tot de geschiedenis van het Bisdom van Haarlem* 26 (1901), 18-19.

(ut soles), mandata nostra confringere monemus te primo, 2° et tertio in meritum sancte obedientie et sub pena carceris mandamus prout in nostris constitutionibus taliter rebellantibus taxatur, quatenus te prioratus officio amplius non inmiscas. Si autem contrafeceris (quod deus avertat) trina canonica monitione premissa, quam proferimus in his scriptis, licet inviti, te nunc pro tunc et e contra vinculo excommunicationis innodamus, declarantes per has litteras, quod quicumque frater ipsius conventus vel provincie contra media que (ut supra dictum est) inter partes confecta sunt, per se vel per alium egerit tamquam nostre religioni [f. 69v] rebellem, et carceri condemnatum iudicamus, et quia a correctione nemo appellare potest uti in nostris constitutionibus continetur, propterea quacumque exceptione et appellatione semotis, omnia et singula supradicta, tam ad penas, quam ad censuras pertinentia inviolabiliter volumus observari, delentes et extricantes similitates omnes, seditionesque etiam iuramento confirmatas in contrarium facientes, quia in male promissis perversa iuramenta rescindenda sunt. Ortamur itaque te, et reliquos prefati conventus fratres, ut velitis sancte obedientie colla submittere, et non amplius contra stimulum calcitrare. Datum ut supra, de verbo ad verbum.

Dd 6, f. 69r-v

Guillaume Becchi ³⁴²⁾

1460-1470

605

Rome, 25 Oct. 1460

Concessimus fratri Iohanni de colonia propter senium, ut ter celebrare posset in ebdomada apud cives similiter predicare vocatus sine conventus preiudicio et servitorem habere.

Dd 6, f. 69v

³⁴²⁾ Guillaume Becchi, de Florence, fut élu général de l'Ordre au chapitre de Sienne (1460) et réélu comme tel aux chapitres de Pamiers (1465) et de Pérouse (1469). Le 17 mai 1470, Paul II le nomma évêque de Fiésole. Il mourut en 1491 à Florence à l'âge de 80 ans. En sa qualité de général, il visita la province de Cologne dans laquelle il séjourna du 7 octobre 1462 au 27 mai 1463, hormis quelques jours qu'il consacra à la visite canonique de la province anglaise (21 avril-1 mai 1463). Il prit part au chapitre provincial tenu à Malines le 26 octobre 1462 et où Jean Godhebsdeel, de Louvain, fut choisi comme provincial. Pendant son séjour, il travailla à la réforme des couvents, particulièrement de Bruges et de Dordrecht, où la discipline conventuelle était relâchée. Voir, sur lui, *An. Aug.* VII, 32-37, 106-130 et D. PERINI, o. c., t. I, 103-105.

606

Rome, 4 Nov. 1460

Locavimus in conventu nostro et studio Senarum in 4 loco pro
lectore venerabilem lectorem fratrem henricum de dordraco.

Ibid.

607

Rome, 5 Nov. 1460

Licentiam dedimus fratri Nicolao de mechelen pro gradu lec-
torie suscipiendo in conventu bononie tempore future resurrectionis
expectato.

Ibid.

608

Florentie, 10 Martii 1461

Locavimus pro studente Rome fratrem Conradum de colonia de
gratia speciali.

Ibid.

609

Viterbii, 13 Martii 1461

Magistro Antonio herpel scripsimus de confirmatione observande
conventionis inter ipsum et Magistrum Iacobum ostende sub pena
dupli et pena per reverendissimos dominos cardinales adposita. Et
Magistrum Iacobum ostende Bruggis Vicarium in spiritualibus feci-
mus.

Ibid.

610

Rome, 15 Apr. 1461

Dedimus licentiam fratri Iohanni asselt, ut posset cum residentia
in conventu suo nativo cuidam suo affini sacerdoti in missis et aliis
honestis obsequiis deservire, quia inde bona plurima sperabat, cum
inops esset.

Ibid.

611

Florentie, 26 Maii 1461

Licentiam dedimus fratri Iohanni de Michelinia redeundi do-
mum, quia revocatus fuit a patribus.

Ibid.

612

Vicentie, 24 Aug. 1461

Licentiam dedimus, ut sibi in breviario et confessionali providere

posset fratri Modesto [de geldria], filio conventus S. Iohannis de carboneto, eundi visitare affines per duos menses et statim rediret.

Dd 6, f. 247v

613

Papie, 13 Sept. 1461

In studio papiensi in 4^o loco locavimus lectorem henricum de dordraco ³⁴³).

Dd 6, f. 69v

614

Bononie, 27 Sept. 1461

Concessimus fratri petro de Michelinia, ut posset manere venetiis cum consensu patrum.

Ibid.

615

Bononie, 19 Oct. 1461

Locavimus Arimini de gratia pro studente fratrem Vincentium de Bruggis.

Ibid.

616

Florentie, 26 Nov. 1461

Concessimus domino Bele de legalo ob devotionem, quam religioni gerit, ut possit honestate servata cum parentibus commorari, cuius curam damus Magistro Antonio provinciali.

Ibid.

617

Florentie, 15 Ian. 1462

Retractavimus ³⁴⁴) concessionem factam bruggis de venditione candellarum, quia subreptitia fuit et decisionem ipsius reposuimus in provinciali priore ceterisque patribus conventus. Et ordinavimus quod capitulum provinciale provincie non celebraretur, nisi in altero trium conventuum, videlicet, asselt, Vessalie et dordraco.

Ibid.

618

Perusii, 30 Apr. 1462

Transmissimus litteras vicariatus nostri Magistro Iacobo ostende et magistro antonio herpel eiusdem tenoris : quod ideo fecimus ne contrafacerent bulle martiniane, quia timebamus non habere ita cito

³⁴³) Voir MAIocchi-CASACCA, o. c., t. V, p. 380, note 1.

³⁴⁴) Ms: *Retrattavimus*.

licentiam prologandi capitulum provincie eorum, quam tamen in dies expectabamus, et auctoritas sui vicariatus tenore literarum non extendebat se nisi usque adventum nostrum.

Dd 6, f. 70r

(An. Aug. VII, 122)

619

Papie, 18 Iulii 1462

Fecimus cursorem fratrem petrum de dordrac³⁴⁵) propter rogationes patrum conventus papiensis et eius sufficientiam et bonam in illo conventu conversationem.

Ibid.

620

Brugis, 13 Oct. 1462

Fecimus studentem de nostra gratia speciali in conventu nostro bononiensi fratrem Iohannem de mota conventus brugensis.

Ibid.

621

Mechlinie, 25 Oct. 1462

Concessimus omnes gratias magistrales magistro Gerardo de Mechlinia, quibus ceteri magistri nostri ordinis in quacumque universitate effecti gaudere consueverunt non obstante, quod non lectis sententiis suscepisset insignia magistralia, quoniam Summus pontifex³⁴⁶) omnes defectus supplevit, si qui fuerant tam quo ad sententias non lectas, tam quo ad quecumque alia.

Ibid.

622

Mechlinie, 26 Oct. 1462

Dedimus litteras ad conventus districtus superioris, quibus mandabamus prioribus et fratribus, quod deberent satisfacere magistro antonio herpel de taxis officii provincialatus et aliis debitis pro ipsis factis, cum esset provincialis, sine ulteriore dilatione nisi de consensu prelibati fuerit et hoc mandabamus sub sententia excommunicationis in forma, propterea quod predictus magister obligabatur magistro Iacobo ostendere ex conventionem inter eos habita in presenti dare xxxx florenos renenses et in festo nativitatis christi xxxx5 et in festo resurrectionis totidem.

Ibid.

³⁴⁵) Voir MAIocchi-CASACCA, o. c., t. V, p. 380, note 2.

³⁴⁶) Ms: *pontifices*.

623

Eadem die

Fecimus studentem in conventu heydelbergensi fratrem cunradum ³⁴⁷⁾ de vesalia cum omnibus gratiis, quibus studentes nostri ordini gaudere consueverunt.

Ibid.

624

Eadem die

Absolvimus lectorem fratrem goswinum paye de gandavo ab omni sententia contra eum lata in capitulo avinionensi ³⁴⁸⁾, quia, ut bene tractavimus et discussimus, fuerat iniuste condemnatus.

Ibid.

(An. Aug. VII, 21)

625

Mechlinie, 27 Oct. 1462

Confirmantes assignationem factam Magistro Iacobo ostende in capitulo asselt celebrato anno domini 1449 de sexaginta florenis ab eodem suscipiendis singulis annis a sex vicinioribus conventibus, scilicet, brugensi, gandensi, yprensi, middelburgensi, michliniensi et angensi, quorum prioribus et procuratoribus mandabamus in meritum sancte obedientie et sub sententia excommunicationis quam in eos in forma inferebamus, si contrafecissent ex contemptu aut sine consensu prelibati magistri, quod deberent solvere in festo purificationis singulis annis decem florenos renenses donec supervixisset, assignavimus sibi et duos alios pro quadringentis florenis a provincia sibi debitis in festo pentecostes solvendis in manibus provincialis sub eisdem censuris, propter quos similiter et omnibus aliis conventibus provincie sub eisdem censuris de ipsis duobus florenis in eodem festo solvendis hac in lege quod donec ad plenam fuisset sibi satisfactum de quadri[n]gentis florenis quilibet conventus teneretur ad duos florenos solvendo, quod si prelibatus magister morte preveniretur ³⁴⁹⁾ quod conventus brugensis nil posset expetere ³⁵⁰⁾.

Ibid.

³⁴⁷⁾ Ms: *curadum*.

³⁴⁸⁾ Chapitre général d'Avignon en 1455.

³⁴⁹⁾ Une main postérieure changea *preveniretur* en *preventus fuisset* et ajouta à la fin de la phrase: *etiam si non fuisset sibi ad plenum per provinciam satisfactum*.

³⁵⁰⁾ De la main de Guillaume Becchi, on peut lire dans la marge: *beneficia facta Magistro Iacobo*.

626

Brugis, 5 Nov. 1462

Concessimus licentiam fratri Gulielmo custodis de ypris, quod posset assumere secum sotium pro visitatione termini et hoc propter eius senium et amplitudinem termini.

Ibid.

627

Brugis, 7 Nov. 1462

Concessimus fratri egidio buis de gandavo, quia non poterat amplius visitare terminum suum unde acquirebat sibi vitam, propter senium, quod posset bis in hebdomade ³⁵¹⁾ celebrare sive in conventu sive extra conventum, ut posset sibi victum et vestitum mendicare eximentes eum ab omni tabula missarum.

Ibid.

628

Brugis, 15 Nov. 1462

Concessimus fratri arnoldo mondbroec biblico de lovanio ³⁵²⁾, quod posset celebrare in ecclesiis secularium sicut ceteri lectores et biblici sui conventus faciebant, volentes quod si alii cum infirmabantur mittebant alios pro se, quod ipse etiam idem facere posset.

Dd 6, f. 70v

629

Brugis, 26 Nov. 1462

Concessimus licentiam fratri nicholao de monte de gandavo ³⁵³⁾, quod posset assumere gradum lectorie sub Magistro bernardo de vulterris, soto nostro, quod et fecit in conventu nostro brugensi ³⁵⁴⁾ et concessimus eidem omnes gratias et exemptiones, quibus ceteri lectores provincie huius gaudere consueverant. Datum [etc.].

Ibid.

³⁵¹⁾ Ms: *ebdomada*.

³⁵²⁾ Il est mentionné comme étudiant à l'université de Louvain en 1432 (voir E. REUSENS, *Matricule*, t. I, p. 7, n° 30), comme cursor à Bologne en 1433 (voir doc. 332). De 1452 à 1455, il fut prieur à Louvain, où, le 30 avril 1454 notamment, il accepta une fondation à l'autel du S. Sacrement de Miracle pour le repos de l'âme de Guillaume van de Veken, receveur du comte de Brabant à Jodoigne, et de sa famille. Voir N. DE TOMBEUR, *Annales*, t. II, p. 580; J. WILS, o. c., t. XXX (1903), p. 414; A. VAN HOVE, *Actes*, t. II, p. 214.

³⁵³⁾ En tant que prieur de Gand, Nicolaus de Monte (= Clays van den Berghes) commanda, le 14 avril 1469, au peintre Daniel de Rike un retable pour le maître-autel de l'église conventuelle. Voir l'édition de ce document par A. KEELHOFF, *Geschiedenis*, pp. 87-88. Voir en outre les doc. 635, 718, 721 et 729.

³⁵⁴⁾ Ms: *burgensi*.

630

Brugis, 16 Dec. 1462

Confirmavimus fratri nicholao arnoldi, sacriste conventus brugensis, omnes gratias lectorum sibi per patres predicti conventus concessas de consensu diffinitorum convocationis facte Mechlinie anno domini 1459. Et in signum horum manu propria litteras suas subscripsimus atque generalatus officii sigilli iussimus impressione muniri. Datum etc.

Ibid.

631

Brugis, 6 Jan. 1462 [= 1463]

Confirmavimus electionem provincialis provincie huius Magistri Iohannis de Iovano, confirmantes sibi omnes auctoritates, quas concesseramus provinciali provincie pisane Magistro Andree de Fivizano ³⁵⁵), et ultra quod posset facere unum vicarium tantum in provincia, et etiam quod posset cogere sub omni censura non solventes peccunias nobis assignatas de consensu totius provincie in capitulo mechliniensi celebrato pro vita sustentanda quousque fuissimus in ista provincia.

Ibid.

(An. Aug. VII, 122)

632

Brugis, 8 Jan. 1462 [= 1463]

Concessimus licentiam fratri Iohanni scinkeren ³⁵⁶) de colonia visitandi patrem suum totiens fuisset ab eo requisitus et ad conventum redeundi servata semper ordinis honestate, et si sic erat quod pater eius esset senio confectus et quod posset etiam in castro, in

³⁵⁵) Voir Dd 6, f. 146r [prov. Pisana]: Colle, 25 Maii 1462. Acceptavimus et confirmavimus electionem unanimem et canonicam ad provincialatus officium Magistri Andree de phivizano. Similiter et omnes diffinitiones et sententias latas non acceptantes promotiones... Contulimus etiam eidem has infrascriptas potestates, videlicet, septies cum subditis suis super macula irregularitatis facultatem dispensandi in casibus ad nos pertinentibus, fratres quoscumque visitandi, emendandi, penitentiandi, incarcerandi, excommunicandi et absolvendi etiam a crimine apostasie. Septem apostatas recipiendi, iuramenta prestandi, priores demeritis precedentibus privandi et de novo instituendi, bona immobilia vendendi, rationabili causa subsistene, licentiam prebendi, et etiam sacros ordines quoscumque, et sub omni censura et pena non solventes collectas astringendi, et cetera faciendi que alii sui predecessores facere consueverunt, precipientes omnibus fratribus, ut sibi tamquam nobis sub pena rebellionis obedirent, quam rebelles et inobedientes ipso [facto] declarabamus incurrisse.

³⁵⁶) Voir doc. 658.

quo erat pater, celebrare et etiam quod posset berettum absque caputio ³⁵⁷⁾ portare, si sic erat quod propter portare caputium ³⁵⁸⁾ pateatur dolorem capitis.

Ibid.

633

Brugis, 26 Ian. 1462 [= 1463]

Quia magister Iacobus de ostende sentiebat se gravatum a magistro Vinando de colonia et dampnificatum in florenis centum et octuaginta renensibus, ideo visa ³⁵⁹⁾ eius ratione citavimus fratres conventus gandensis ad respondendum prelibato Magistro Iacobo de quibusdam cameris in conventu eorum situatis et Magistro Vinando pertinentibus, quas si dictus Magister Iacobus intendebat accipere pro parte solutionis sibi debite, qui fratres citati comparuerunt dantes commissionem plenariam lectori goswino dicti conventus filio respondendi super hac re, qui comparuit et allegavit coram nobis pro conventu suo similiter et magister Iacobus pro se, tandem ipse partes sponte et libere ut causa eorum citius finem haberet de voluntate et consensu nostro interveniente etiam nostra auctoritate, comiserunt se in manibus magistri bernardi de vulterris sotii nostri curantes et promictentes manibus cancellatis ad pectus, quia omnia que per ipsum magistrum iudicata et sententiata fuissent rata et grata habere sub pena periurii et ducentorum florenorum renensium, qui Magister bernardus invocata spiritus sancti gratia, sedendo secundum rectam conscientiam, ira, odio, amore, timore et omni passione semotis coram Magistro Andrea de alexandria ordinis scriba, sententiavit hoc modo, quod de cameris in conventu predicto existentibus et Magistro Vinando pertinentibus Magister Iacobus dumtaxat haberet unam, situatam infra circuitum conventus iuxta portam templi in parte septentrionali cum orto et appenditiis et rebus mobilibus quibuscumque in ea existentibus, quam posset ad libitum vendere filio nativo dicti conventus dumtaxat cum hoc quod conventus haberet quartam partem summe venditionis annis et temporibus per ipsos venditorem et emptorem statuendis, hoc etiam superaddito quod, si contigisset dictum Magistrum Iacobum ante tempus solutionis decedere, quod omnis resta solvenda danda esset conventui gandensi et e contrario si emptor decidisset, quod conventus fuisset

³⁵⁷⁾ Ms: *caputuo*.

³⁵⁸⁾ Ms: *caputuum*.

³⁵⁹⁾ Ms: *vissa*.

obligatus satisfacere predicto Magistro Iacobo usque ad plenariam solutionem, et insuper quod Magister Iacobus non posset aliquid ulterius petere de bonis Magistri Vinandi in illo conventu existentibus, que omnia rata et firma habita fuerunt per nos non obstantibus quibuscumque litteris per nostros predecessores Magistro Vinando datis quibus omnibus in hac parte derogabamus.

Ibid.

634

Brugis, 29 Ian. 1462 [= 1463]

Concessimus licentiam fratri Iohanni Hacht de Iovanio, quod posset legere bibliam anno futuro in dicta universitate, precipientes Magistro regenti quod deberet eum presentare universitati, attento quod iam per duo capitula generalia tolentini et senis celebrata fuerat promotus et etiam per provinciam in capitulo meclinie celebrato.

Ibid.

(*An. Aug.* VII, 36)

635

Brugis, 20 Febr. 1462 [= 1463]

Dedimus litteras ad conventum gandensem aperiendas et legendas coram toto conventu, quibus declarabamus eis quomodo audiveramus quasdam insolentias eorum de quibus temporibus suis intendebamus eos punire et etiam quomodo volebamus venditionem camere in conventu eorum situate per Magistrum Iacobum de ostende factam et omnia acta et facta tam per sotium nostrum Magistrum bernardum de vulterris, quam per Magistrum Iacobum et per eum qui ex parte eorum venit rata et grata haberi, volebamus insuper litteras nostras post earum lectionem tradi debere fratri nicholao lectori predicto ³⁶⁰) etc.

Dd 6, f. 71r

636

Brugis, 23 Febr. 1462 [= 1463]

Concessimus licentiam fratri Georgio de brugis eundi romam et revertendi ad conventum suum.

Ibid.

637

Eadem die

Dedimus litteras ad conventum dordracensem, quibus mandaba-

³⁶⁰) Nicolaus de Monte de Gandavo. Voir doc. 629.

mus lectorem henricum bol ³⁶¹⁾ in carceribus per mensem retineri, deinde extrahi si eis videretur cum hoc quod daret fideiussores quod amplius non vexaret neque conventum neque opidum neque terminos eorum, deinde remitterent eum ad provincialem qui eum collocaret in aliquo conventu provincie. Item quod punirent fratrem petrum cursorem, si reversus fuisset ad conventum sine litteris nostris, retinendo eum in carceribus per mensem, deinde remittendo eum ad provincialem, qui eum collocaret in aliquo conventu. Si autem non reversus fuisset, volebamus sibi intimari per patres conventus quod modo redderet, sed si volebat quod iret ad provincialem, qui poneret eum in aliquo conventu provincie. Item mandabamus quod deberent significare omnibus terminariis suis, quod si invenissent fratrem Gualterum lectorem de dordraco, quod eum incarcerarent nec a carceribus abstraherent sine litteris nostris.

Ibid.

638

Brugis, 24 Febr. 1462 [= 1463]

Dedimus litteras fratri Vinando cutellificis de colonia, quibus declarabamus eum excommunicatum esse ex pluribus diffinitionibus in capitulis generalibus factis, quia acceperat in sui favorem litteras secularium et quesierat contra libertatem ordinis reverti ad civitatem coloniensem. Item declarabamus eum rebellem nobis, quia fregerat penitentiam sibi propter demerita per nos iniunctas, postremo eidem ³⁶²⁾ mandabamus sub pena rebellionis et sub sententia in excommunicationis in forma quatenus non auderet appropinquare civitatem coloniensem per tres leucas, dantes auctoritatem priori coloniensi et quibuscumque patribus quod possent eum incarcerare si contrafecisset litteris nostris etiam cum invocatione brachii secularis et in carceribus retinere donec aliud per litteras nostras de eo disposuissemus. Datum etc.

Ibid.

639

Brugis, 14 Martii 1462 [= 1463]

Dimissimus ista instituta inviolabiliter observanda in conventu nostro brugensi ³⁶³⁾. Inprimis quod omnes fratres cuiuscumque gradus aut conditionis existerent visitarent ecclesiam in missa, vespers et

³⁶¹⁾ Voir à son sujet les documents 643, 646, 647, 689 et 823.

³⁶²⁾ Ms: *eisdem*.

³⁶³⁾ Dans la marge: *precepta indicta brugis*.

laudibus beate virginis. Item quod nullus magistrorum vel patrum iuvenes non sacerdotes in cameris eorum retineret, ymo quod prior compelleret tales iuvenes ad surgendum in matutinis sub pena rebellionis et discipline per rotam. Item quod novitii essent sub cura aliquius magistri sine cuius licentia nullatenus se a lectionibus abstinerent et simul chorum per priorem ingredi et in offitio manere compellerentur et quod raro aut minime³⁶⁴⁾ extra conventum per patres ducerentur quicumque fuerint, ymo volebamus quod potius possent tenere famulum secularem ad minus etatis 16 annorum. Item precipiebamus et precepimus quod nullus post pulsum campanelle scilientii extra conventum maneret nec hospites in conventu retinent seculares et hoc sub pena qua puniuntur pernoctantes ex conventum sine licentia prioris. Item strictissime precepimus priori, quod omnino post pulsum campanelle scilientii conventus claves porte conventus exigit nec portam aperiat de nocte, nisi in casu necessitatis evidentis et hoc sub pena privationis offitii, si quis vero illa hora extra conventum mansisset, nolebamus quod ei quovismodo porta de nocte aperiretur, sed in altera die volebamus tamquam rebellem puniri. Item precemur sub eadem pena priori quod portam secundi claustrum clausam teneret nec eam aperiri faceret nisi quando sermo fieret aut aliquis casus rationabilis emersisset. Item precepimus omnibus patribus quod plus solito refficerentur in conventu et abstinerent a comessionibus secularium. Item precepimus quod omnis in necessitate celebrare tenerentur non obstantibus quibuscumque gratiis aut exemptionibus nisi fuissent legiptima causa impediti quam volebamus vicarium nostrum intelligere et hoc sub pena privationis predictarum gratiarum. Item ordinavimus quod si quis repertus fuisset ludere ad taxillos vel stare ad videndum quod ipso facto expelleretur a conventu non reversurus sine litteris nostris. Item quod nullus frater possit habitare in villa cum clericis aut laycis sine litteris nostris et hoc sub sententia excommunicationis quam in forma contrafacientes inferebamus.

Ibid.

640

Brugis, 14 Martii 1462 [= 1463]

Confirmavimus concordiam factam inter conventum angiensem

³⁶⁴⁾ Ms: *minimeque*.

et conventum tornacensem sicut patet in hoc registro fo. 85 in provincia frantie ³⁶⁵).

Ibid.

641

Brugis, 17 Martii 1462 [= 1463]

Confirmavimus sententiam datam per socios nostros Magistrum bernardum de vulterris et Magistrum Andream de alexandria contra fratrem augustinum de brugis, que fuit ista, primo quod neque Magister iacobus de ostende neque frater augustinus, inter quos versabatur lis, auderet appellare, Magister iacobus sub pena decem librarum grosorum et frater augustinus sub pena quinque librarum. Item quod quia frater augustinus iniuriatus fuerat Magistro iacobo quod deberet petere veniam coram toto conventu et ita exhortari Matrem et sororem quod idem facerent. Item quod dictus frater augustinus deberet cedere camere, quam possidebat et dare illam conventui qui assignare sibi deberet cameram in dormitorio situatam, quam inhabitabat frater christianus de gandavo. Item quia Magister iacobus exposuerat multas pecunias pro dicto fratre augustino expendisse, sentiaverunt quod prelibatus frater augustinus deberet magistro iacobo in festo brugensi proxime futuro florenos quinque renenses.

Dd 6, f. 71v

³⁶⁵) Voir Dd 6, f. 85v [prov. Francie]: Brugis, 14 Martii 1462 [= 1463]. Confirmavimus concordiam factam inter conventum tornacensem et conventum angiensem de decanatus anonie hiis adiunctis, quod quicumque visitasset terminos alterius sive decanatus debeat solvere quatuor marchas argenti alteri parti lese et etiam quod pars lesa haberet potestatem incarcerandi quoscumque tales et in carceribus retinendi donec ei ad plenum satisfactum fuisset, cum invocatione etiam brachii secularis, si opus fuisset, volentes quod conventus, cuius frater alium offenderet, esset obligatus solvere pecuniam superius expressam conventui leso. Concordia autem fuit hec, quod decanatus quinque primi expressi in littera, que remanet in manibus fratrum conventus tornacensis, essent pro conventu tornacensi et alii sex pro conventu angiensi et sic adiudicatum fuit per socios nostros Magistrum bernardum de vulterris et Magistrum Andream de alexandria de voluntate et consensu nostro. Datum etc.

Au terme de cet accord, les stations dans les doyennés de Valenciennes, Saint-Brice, Cateau-Cambrésis, Haspres et Beaumetz relèveront désormais du couvent de Tournai (province de France); celles de Chièvres, Mons, Maubeuge, Binche, Avesnes et Bavai du couvent d'Enghien. Les intérêts du couvent d'Enghien furent défendus par le prieur Jean Vlieghe et par Adam de Ezelaer. Voir le manuscrit de JACQUES DE LA PORTE, *Chronique du couvent de Tournay de l'Ordre de nostre glorieux Père Saint Augustin*, pp. 99-101 (copie dans l'archive des Augustins de Gand).

642

Brugis, 25 Martii 1463

Quia frater Alphonsus de yspania bacchalarium stabat brugis non sine parva ordinis verecundia, ideo mandavimus sibi in meritum sancte obedientie et sub pena carceris et sub sententia excommunicationis in forma, a qua non posset absolvi per aliquem nobis inferiore, quatenus post octavam pasce immediate deberet se absentare ab opido brugensi ³⁶⁶) et ad provinciam propriam reddere. Et conferebamus auctoritatem nostram omnino Magistro Iacobo de ostende vicario nostro in conventu brugensi, qua si contrafecisset posset eum incarcerare et in carceribus retinere donec per literas nostras aliud de eo disposuissemus.

Dd 6, f. 92v

643

Brugis, 8 Maii 1463

Cittavimus priorem conventus dordracensis et fratrem henricum bol, quod sub sententia excommunicationis in forma a notitia harum litterarumstrarum infra duos dies debuissent a conventu eorum recessisse et ad nos dirrexisset gressus suos brugis, quia intendebamus utramque partem audire propter non nullas lites inter eos exortas volebamus etiam priorem secum adducere tres alios patres conventus, qui essent lectores. Similiter cittabamus fratrem Gualterum eiusdem conventus sub eisdem penis et sub eadem sententia.

Dd 6, f. 71v

644

Brugis, 10 Maii 1463

Incorporavimus in conventu nostro Middelburgensi fratrem ghybertum de huckelem, quia natus erat de illa patria, requirentibus fratribus dicti conventus quamquam fuisset receptus ad ordinem in provintie saxonie.

Ibid.

645

Brugis, 14 Maii 1463

Fecimus litteras testimoniales qualiter frater thomas de brugis de nostra licentia suscepit gradum lectorie sub socio nostro Magistro bernardo de vulterris. Datum etc.

Ibid.

³⁶⁶) Ms: *burgensi*.

646

Brugis, 14 Maii 1463

Concessimus auctoritatem dominis scultetto, burgismagistris, scabinis, consulibus ceterisque decem gubernatoribus opidi dordracensis inieciendi manum in quoscumque fratres nostri ordinis in illo conventu priori rebelles totiens quotiens fuissent per priorem conventus requisiti vel per eius vicem gerentem, sed precipue in fratrem henricum bol, in fratrem gualterum lohannis, in fratrem petrum de sciendam ³⁶⁷), in fratrem baldowinum de frisia quia multa scandala perpetraverant et nobis erant rebelles, et volebamus auctoritatem istam durare quousque fuisset per litteras nostras revocata. Datum etc.

Ibid.

647

Eadem die

Dedimus litteras ad conventum dordracensem quibus mandabamus priori sub pena privationis offitii ipso facto, quod apponeret omnem diligentiam ad expensas conventus, cum adiutorio omnium fratrum conventus, pro reductione et captivitate fratris henrici bol, fratris walterii lohannis, fratris petri de sciendam et fratris baldowini de frisia propter eorum scandala, declarantes predictos ubique nobis rebelles. Mandabamus insuper omnibus terminariis dicti conventus sub pena amissionis omnium bonorum eis ab ordine concessorum et sub sententia excommunicationis in forma, quod non auderent recipere aliquem predictorum in eorum terminis et volebamus quod si quis compertus fuisset quod a capitulo mechlinie celebrato usque nunc aliquem eorum in eorum terminis recepisset ipso facto declarabamus tales privatos eorum terminis donec nobis reconciliati fuissent, similiter nolebamus predictos quatuor in aliquo conventu ordinis recipi sine litteris nostris.

Ibid.

648

Brugis, 15 Maii 1463

Fecimus studentem pro forma in conventu nostro parisiensi fratrem christianum de gandavo.

Ibid.

³⁶⁷) Pierre de Schiedam, mentionné par J. L. van Dalen dans un document du 16 janvier 1435 (voir note 341).

649

Eadem die

Concessimus nobili viro domicello Iohanni beysel, filio quondam domini pecol (?) beysel, usum ortuli cuiusdam per genitorem eius compositi in interiori parte conventus aquensis et iuxta ecclesiam situati quousque vixisset ³⁶⁸), et mandavimus priori et fratribus sub pena rebellionis quod non contradicerent nobis, et omnibus aliis nobis inferioribus idem mandavimus.

Ibid.

650

Brugis, 17 Maii 1463

Collocavimus in conventu nostro brugensi fratrem Iohannem boor lectorem cum eis gratiis quibus lectores filii conventus gaudebant, nolentes quod posset inde amoveri per aliquem nobis inferiorem nisi suis demeritis precedentibus. Similiter quod posset cogi ad aliquam curam animarum in tota provincia colonie. Concedentes etiam sibi quod posset visitare terminum sibi a conventu suo hasseleensi concessum per alium fratrem dicte provincie non obstante quod moram traheret brugis et recipere etiam emolumentum inde proveniens stante debita contributione conventus, prenominati termini est nomen sancti trudonis.

Ibid.

651

Eadem die

Collocavimus pro studente de nostra gratia in conventu nostro papiensi fratrem petrum meeble de brugis ³⁶⁹).

Dd 6, f. 72r

652

Eadem die

Dedimus testimoniales fratri Iohanni renerii procuratori conventus brugensis, qualiter suscepit gradum lectorie in conventu coloniensi, concedendo sibi eas gratias quibus ceteri lectores gaudere consueverant et quod posset emolumenta lectoribus conventus dari consueta recipere, quia deputatus pro hoc anno lector conventus. Concessimus insuper sibi quod posset tenere servitorem secularem quousque esset procurator ad eius sustentationem et iuvamen dummodo talis fuisset honeste vite.

Ibid.

³⁶⁸) Les mots *quousque vixisset* se trouvent dans la marge.

³⁶⁹) Il s'agit de Pierre Meebele de Bruges. Voir MAIocchi-CASACCA, o. c., t. V, p. 381, note 1. Il poursuivit ses études à Louvain. Voir doc. 700.

653

Tornaci, 22 Maii 1463

Quia quedam discordia orta erat inter magistrum Antonium herpel et conventum coloniensem de pecuniis regentie preteriti anni et de pecuniis quibusdam quas petebat sibi refondi propter expensas factas tempore divisionis provincie, non valentes nos plene informari, commissimus provinciali provincie Magistro Iohanni de lovanio, quod deberet coloniam accedere et auctoritate nostra ista et quecumque alia reformanda reformare et unicuique quod suum erat reddere. Item commissimus eidem, quia frater Vinandus de colonia fuerat per nos iuste condemnatus in capitulo mechlinie celebrato et presumpserat se bacchalarium appellari facere et appellationem conficere a nobis male informatis ad nos bene informandos, quod deberet notificare prelibato fratri vinando quod, si sensisset se gravatum, quod ad nos veniret et volebamus tamen quod sententia contra eum lata reta et firma haberetur et maxime quod non posset venire ad conventum coloniensem neque ad civitatem. Ultimo concessimus sibi auctoritatem decidendi causam inter magistrum vinandum de colonia et priorem coloniensem agittatam de pecuniis quas petebat ipse prior sibi dari a magistro vinando. Datum.

Ibid.

654

Eadem die

Confirmavimus omnes gratias concessas magistro Antonio herpel de colonia per alios generales.

Ibid.

655

Eadem die

Concessimus licentiam fratri Gerardo de aquisgrani ³⁷⁰) suscipiendi gradum lectorie in conventu coloniensi sub regente occurrente post consumationem temporis et cursus sibi a patribus provincie assignatos ³⁷¹).

Ibid.

656

Eadem die

Concessimus licentiam fratri Gerardo de hasselt eundi ad ob-

³⁷⁰) Le ms. répète après aquisgrani: *licentiam*.

³⁷¹) Ms: *assignatis*.

servantiam fratris Symonis de camareno ³⁷²⁾ aut quamlibet aliam dummodo receptus fuisset ab eis.

Ibid.

657

Eadem die

Confirmavimus omnes gratias concessas fratri franconi de colonia lectori per predecessores nostros.

Ibid.

658

Eadem die

Concessimus fratri Iohanni schynkerin quod esset exemptus a comuni tabula et quod posset visitare amicos temporibus oportunis, quia multa benefittia ³⁷³⁾ fecerat conventui suo.

Ibid.

659

Parisius, 4 Iulii 1463

Concessimus licentiam fratri Iohanni louf de brugis eundi ad curiam romanam et ibidem manendi per mensem propter aliqua expedienda.

Ibid.

660

Parisius, 10 Iulii 1463

Collocavimus in novitiatu nostro parisiensi fratrem Iohannem scalvis, dummodo solveret sibi debitum. Datum etc.

Ibid.

661

Parisius, 9 Aug. 1463

Dedimus licentiam fratri Iohanni de mota de brugis, quod posset legere cursus suos in conventu parisiensi sub regente occurrente et posuimus eum in eodem conventu pro studente in philosophia, nolentes quod posset esse studens pro forma nisi prius fuisset promotus per patres conventus sui et provincie.

Ibid.

662

Turonis, 25 Ian. 1463 [= 1464]

Concessimus Magistro Iohanni de Iovanio provinciali provincie

³⁷²⁾ Il s'agit ici de la congrégation des observants de Monte Ortone près Padoue, fondée par Simon de Camerino (1392-1478). Voir, sur celui-ci, D. PERINI, o. c., t. I, pp. 173-174.

³⁷³⁾ Ms: *benefittia*.

colonie, quod posset conferre gradum lectorie in studio lovaniensi istis promotis per provintiam scilicet, fratri lohanni cardon, fratri dionisio clexman, fratri henrico piliser, fratri arnoldo de mechlinia et fratri lohanni alexii cum omnibus gratiis et exemptionibus. Datum etc.

Ibid.

663

Turonis, 10 Febr. 1463 [= 1464]

Quia magister iacobus de ostenden mortuus erat et multa bona habebat, ideo ne dicta bona dilapiderentur mandavimus priori et patribus quod inventaria fierent de omnibus et quod ad nos transmicerent ea, et avissarent nos de singulis. Item mandavimus eisdem sub sententia excommunicationis in forma, quod infra quindécim dies a notitia litterarum nostrarum claudi facerent muro ostium camere predicti magistri iacobi ³⁷⁴).

Ibid.

664

Turonis, 17 Martii 1463 [= 1464]

Concessimus licentiam fratri Augustino de gandavo lectori, quod posset predicare tam in conventibus ordinis quam in ecclesiis secularibus usque ad capitulum provintiale, si fiat sine detrimento locorum et fratrum ordinis, dummodo non predicaret bullas apostolicas.

Dd 6, f. 255r

665

Lugduni, 25 Sept. 1464

Quia in conventu brugensi exorte ³⁷⁵) erant quedam lites inter patres conventus ideo scripsimus litteras aperiendas et legendas coram toto conventu quibus revocavimus omnia et singula facta in dicto conventu sine consensu vicarii nostri et suspendimus et arestavimus omnes provisiones quorumcumque offitialium usque ad adventum nostrum ad dictum conventum et similiter mandavimus vicario nostro, quod deberet nos informare qui erant illi qui obloquebantur de nobis, et etiam mandavimus omnibus sub pena rebellionis

³⁷⁴) Ce texte est biffé entièrement. Dans la marge, il est écrit: *quia audiveramus sic esse ideo scripsimus istas litteras, tamen falso informati fueramus*. Jacques d'Ostende mourut seulement en décembre 1472 au couvent de Malines. Voir, sur lui, A. KEELHOFF, *Histoire de l'ancien couvent des Ermites de Saint-Augustin à Bruges*. Bruges 1869, pp. 195-197.

³⁷⁵) Ms: *exhorte*.

quod obedirent vicario nostro tamquam nobis et hoc sub pena rebellionis non officialibus, officialibus vero sub pena privationis officii ipso facto et mandavimus vicario nostro quod observari faceat statuta nostra in conventu brugensi dimissa ad unguem. Datum etc.

Dd 6, f. 72v

666

Lugduni, 31 Oct. 1464

Quia fueraus male informati per quosdam ideo modificavimus et declaravimus litteras superius scriptas datas conventui brugensi³⁷⁶). Declaratio autem ista erat, quod volebamus obedientia prestari vicario nostro in spiritualibus in hiis que pertinebant ad officium suum. Offitium autem suum declaravimus esse tenere primum locum in choro et absolvere a casibus emergentibus et ad nos pertinentibus. Offitium autem declaravimus esse prioris secundum quod continetur in constitutionibus. Mandavimus autem vicario nostro, quod in meritum sancte obedientie deberet dare ordinationes nostras priori, mandavimus autem et priori sub penis taxatis in dictis ordinationibus, quod observari faceret ad unguem et hortati fuimus eos ad pacem. De regentia autem presentis anni et de aliis provisionibus sic ordinavimus, quod si sic erat ut nobis scripserant omnes patres, quod compactio inter eos esset, quod vicissim deberent esse magistri regentes, quod magister petrus textoris esset regens et prosequeretur regentiam et haberet provisionem, dato quod nihil appareret in definitionibus capitulorum generalium senis et tolentini celebratorum. Si autem aliquid controversio inter eos fuisset, volebamus in capitulo generali³⁷⁷) determinari, alia etc.

Ibid.

667

Apamiis, 3 Iunii 1465

Quia frater christianus de dalidem in conventu valdervingie, provincie colonie, fuerat prior et bene se habuerat et concesserat aliquas pecunias dicto conventui et sibi assignatus fuerat quidam terminus dicti conventus per dictum conventum quoadusque dictam rehabuisset somam, nos vero volumus, quod cum honeste se in dicto termino habuit, quod quousque vitam duxerit ipse posset stare in dicto termino,tribuendo tamen taxam debitam dicto conventui, nolentes quod aliquis nobis inferior posset eum impedire. Datum etc.

Ibid.

³⁷⁶) Dans la marge: *Quod precepta indicta brugis omnino servantur.*

³⁷⁷) Chapitre général de Pamiers en juin 1465.

668

Eadem die

Constituimus vicarium magistrum Nicholaum streudl pro causa decidenda inter conventum teonisville ³⁷⁸⁾ et treverensem de civitate lutçeborch ³⁷⁹⁾, cui pertineret quantum ad questam et dedimus ei auctoritatem sententiandi. Datum [etc.].

Ibid.

669

Apamiis, 4 Iunii 1465

Posuimus pro bacchalariorum pro 2^o anno in eodem studio ³⁸⁰⁾ fratrem Augustinum de gandavo lectorem sub magistro Iacobo vitalis.

Dd 6, f. 258r

670

Apamiis, 4 Iunii 1465

Dedimus litteras vicariatus ad istam provinciam, quibus nominavimus tres vicarios, in primo loco Magistrum franciscum stoc ³⁸¹⁾, in 2^o loco Magistrum Gerardum de mechlinia, in 3^o loco Magistrum petrum testoris. Datum [etc.].

Dd 6, f. 72v

671

Eadem die

Dedimus litteras aperiendas et legendas coram toto capitulo provinciali, quibus hortabamur omnes ad pacem et privavimus omnes eos, qui fuerant provinciales in illa provincia voce activa et passiva nec volebamus quod possent eligi pro hoc capitulo dumtaxat, et hoc propter bonam causam, quam nolebamus dicere, et quod placebat maioribus nostris et nobis pro pace conservanda et augmentanda. Datum [etc.].

Ibid.

672

Eadem die

Dedimus litteras conventui brugensi aperiendas et legendas coram toto conventu, quibus hortabamur eos ad pacem et tenore illarum reposuimus omnes fratres forenses, quos invidia et sine causa

³⁷⁸⁾ Le couvent de Thionville relevait de la province de France.

³⁷⁹⁾ Luxembourg.

³⁸⁰⁾ Avignon.

³⁸¹⁾ Mort en juillet 1466 comme prieur du couvent de Bruges, où il se distinguait comme prédicateur et bienfaiteur des pauvres. Voir KEELHOFF, o. c., pp. 194-195 et plus loin les documents 672, 673 et 682.

expulerant et nolebamus, quod possent inde amoveri sine legiptima causa, quam volebamus nobis prius significari et mandavimus priori sub causa rebellionis et sub sententia excommunicationis, quod omnino eos reciperet et omnibus aliis quod nullo modo eos impedirent nec molestarent, volentes quod dicti fratres repositi gauderent eisdem gratiis, quibus prius gaudebant. Item concessimus magistro Francisco stoc .priori conventus, quod posset recipere conventuales sibi gratos dummodo essent honeste vite et expellere alios prout iustitie conveniret sine licentia et contradictione cuiuscumque nobis inferioris. Datum [etc.].

Ibid.

673

Eadem die

Concessimus Magistro Francisco stoc ³⁸²⁾ priori, quod posset conferre gradum lectorie duobus cursoribus de brugis, scilicet, fratri Gulielmo de Massenhove et fratri Georgio de bavays ³⁸³⁾, quia fuerant promoti per provinciam et nolebamus, quod sub aliquo alio nisi sub perdicto [sint], concedendo ei auctoritatem conferendi omnes gratias et libertates eis. Item quia de mandato nostro incarceraverat fratrem Georgium de mari, concessimus ei auctoritatem extrahendi eum dummodo satisfecisset nobis et magistro Andree, scribe nostro, de duobus nobis et de duobus ei, nobis quia concesseramus sibi, illi quia destruxerat sibi unam capam. Similiter concessimus ei auctoritatem incarcerandi alios fratres et extrahendi sine licentia provincialis quia ille conventus est generalis.

Ibid.

674

Eadem die

Fecimus lectorem fratrem nicholaum arnoldi, quia fuerat promotus alias per provinciam et etiam quia habebat a patribus provincie gratias lectorum et confirmatas per nos et quia laboraverat multum pro conventu brugensi et dedimus omnes gratias, quibus alii

³⁸²⁾ Définition du chapitre de Pamiers relative au couvent de Bruges: « In conventu Brugensi voluimus ut sequantur ordinem inter eos institutum, ita quod hoc primo anno Regens sit Reverendus prior Magister Franciscus stoc [Ms: *toch*] dispensandum secum ut possit esse prior et regens. In secundo anno sit Magister Iacobus d'ostende, in 3^o Magister Petrus, in 4^o Magister Iacobus Simonis ». Voir Arch. Gen. O. E. S. A., Cc 37, f. 129^{ro} (cf. *An. Aug.* VII, 119).

³⁸³⁾ Il devint bachelier en théologie le 13 juin 1470. Mort à Malines en février 1498. Voir A. KEELHOFF, *Histoire*, pp. 198-199 et plus loin le document 710.

lectores in sua provintia et conventu gaudere consueverant. Datum [etc.].

Ibid.

675

Florentie, 15 Sept. 1465

Concessimus magistro Gerardo de Meclinia auctoritatem assumendi sibi sotium in termino suo dum foret talis honeste vite. Datum [etc.].

Dd 6, f. 73r

676

Eadem die

Quia fratres conventus Wesaliensis noviter erant reformati, ideo eis ista dedemus mandata. Inprimis quod reformationem inchoatam omnino manutenerent et quod prior localis fratres sibi subditos compelleret, quod vota sollempnia servarent, cetera autem pertinentia ad vite salutem comitebamus provintiali, qui nunc est et qui pro tempore futurus, quem faciebamus visitatorem in dicto conventu, dando sibi vices nostras quod posset in omnibus cum eis misericorditer dispensare preterquam in votis ordinis. Item quia audiveramus fratres aliquot dicti conventus in domibus seu habitationibus conventus extra conventum residere ut possint facilius in villis et castris circumadiacentibus verbum dei predicare et elemosinas congregare. Inde ³⁸⁴⁾ quia iminebat periculum, ne scandalum fieret, mandavimus priori quod nullum fratrem permicteret stare extra conventum nisi fuisset vite honeste et si contigisset aliquem fratrem de huiusmodi errare, nolebamus quod amplius ibi staret, sed advocatus per priorem ad conventum omnino puniretur et alius pro eo ad dictum locum remicteretur, mandantes omnibus huiusmodi fratribus sub pena furti, quod in comissione eis facta nullam fraudem comicterent, ymo quod certis statutis temporibus ad conventum omnia acquisita portarent, danda priori vel procuratori, volentes quod illis temporibus dicti fratres se in conventu invenerent ad orandum deum pro benefactoribus ordinis. Datum [etc.].

Ibid.

677

Florentie, 19 Nov. 1465

Confirmavimus in priorem provintialem huius provintie Magistrum Gerardum de Meclinia cum omni auctoritate, quam alteri pro-

³⁸⁴⁾ Ms: *lde.*

vintiali predecessori suo dederamus, acceptantes omnes diffinitiones et promotiones per eos factas. Datum [etc.].

Ibid.

678

Florentie, 18 Ian. 1465 [= 1466]

Dedimus litteras ad conventum brugensem, quibus secundum diffinitionem factam in capitulo avinioni celebrato Anno domini 1415 et in capitulo apamiis celebrato confirmatam, declaravimus magistrum Iacobum de ostende excommunicatum, quia revelaverat secreta ordinis et infamaverat nos apud ducem burgundie ³⁸⁵). Concessimusque eidem auctoritatem intuitu dicti ducis, qua possit absolvi facere a sacerdote, quem duxisset eligendum, post cuius absolutionem prefecimus eum vicarium nostrum in temporalibus et spiritualibus in conventu brugensi, hoc tamen addito quod nullum haberet posse in priorem magistrum franciscum stoc, quem volebamus quod posset suspendere aut privare suis demeritis precedentibus, que nobis volebamus per prius significari. Concessimus etiam auctoritatem nostram omnibus aliis, qua possent se absolvi facere ab omnibus peccatis et excommunicatione. Item volebamus quod vicarius sic esset vicarius, quod prior esset prior, nec unus alterum impediret in officio suo. Ultima quia orta erat lis inter advenas et conventuales et quidam lector abiectus fuerat apud nos, scripsimus in eadem littera patribus, quod deberent eum retinere, quod determinandum eis dimittebamus simul cum vicario, si tamen eum retinere nolent, volebamus quod sibi restituerent pretium camere quam inhabitabat et id quod exposuerat in illa, quod totum dixerat nobis ascendere ad summam x librarum grossorum. Et sic volebamus quod quandocumque eum amovere a conventu vellent, sibi dictum pretium redderent, quod si neglexissent facere, avissabamus eos quod si amplius dictus lector ad nos pro huiusmodi venisset eos condempnaremus in expensis. Datum [etc.].

Ibid.

679

Florentie, 20 Ian. 1465 [= 1466]

Mandavimus magistro Gerardo de Meclinia provinciali provincie colonie sub sententia excommunicationis in forma et sub pena privationis officii, quod nullam congregationem faceret ante capitulum

³⁸⁵) Ms: *brugundie*. Il s'agit de Philippe le Bon, duc de Bourgogne († 1467), duquel Jacques d'Ostende était conseiller.

provinciale sine litteris nostris et volebamus nobis per prius significari quid intenderent determinare in congregatione, si fecissent antequam facerent et si scripsissent nobis unum pro alio, nolebamus licentiam nostram esse alicuius valoris. Datum [etc.].

Ibid.

680

Eadem die

Dedimus litteras ad conventum brugensem aperiendas et legendas coram priore et patribus, quibus declaravimus qualiter volebamus quod auctoritas nostra absolutionis extenderet se usque ad balduinum. Item quia dictus lector balduinus exposuerat nobis qualiter magister Iacobus de ostende debebat sibi unum breviarium pretii sex florenorum renensium. Item debebat sibi expensas factas in manifestatione bulle calixti. Item tres coronas et octo placas, quas acceperat in termino de ostende. Item petit provisionem vi mensium a priore conventus dordracensis fratre cornelio lectore de nova merica³⁸⁶). Item petit x coronas, quas dicebat magistrum Iacobum de ostende recepisse de termino gistellensi, et etiam conquestus est quod dictus magister contra voluntatem dicti lectoris balduini posuerat in dicto termino quendam fratrem Georgium de mari, a quo recipiebat singulis annis coronas quinque et ab eo sex contra rationem. Super hiis omnibus iudices constituimus dictos patres, mandantes eis vigore litterarum quod sic erat, quod in meritum sancte obedientie deberent administrare iustitiam dicto fratri balduino, artando magistrum Iacobum et dictum priorem sub dicta censura tantum quantum se nostra extendebat auctoritas, quod dicto balduino satisfaceret infra spatium duorum mensium a notitia presentium. Datum etc.

Ibid.

681

Florentie, 7 Febr. 1466

Concessimus fratri Iohanni notis de mehelinia gratias lectorum sue provincie, eximentes eum a comuni tabula missarum et oneribus simplicium³⁸⁷) conventualium, nolentes quod per aliquem nobis inferiorem posset artari ad similia. Hoc sibi concessimus quia erat impotens corpore et bene se habuerat in procuraria conventus. Datum [etc.].

Ibid.

³⁸⁶) Cornelius de nova merica (= erica) alias Cornelius Vrancken de Nieuwer-Heij, mentionné par G. D. J. SCHOTEL, o. c., p. 56.

³⁸⁷) Ms: *simplicium*.

682

Florentie, 31 Iulii 1466

Quia magister Franciscus stoc morte preventus fuerat et patres conventus brugensis elegerant in priorem dicti conventus magistrum Iacobum symonis quem confirmaverat vicarius noster, ideo nos dictam confirmationem ratificavimus et approbavimus, dantes omnem auctoritatem ei, quam ceteri priores conventuum generalium habere consueverant. Datum etc.

Dd 6, f. 73v

683

Eadem die

Fecimus vicarium nostrum generalem in temporalibus et spiritualibus in conventu nostro coloniensi Magistrum Antonium herpel cum omni auctoritate etc., non derogando tamen auctoritati provincialis nec volentes quod impediret se de officio prioratus nisi legitima causa. Datum [etc.].

Ibid.

684

Eadem die

Confirmavimus omnes gratias fratri franco, lectori de colonia, per predecessores nostros et nos ei concessas sicut apparebat per litteras sigillatas sigillo generalatus, nolentes quod per aliquem nobis inferiorem posset impediri. Datum [etc.].

Ibid.

685

Rome, 30 Sept. 1466

Posuimus pro cursore in conventu nostro lövaniensi fratrem Nicholaum de brugis, non obstante determinatione patrum sui conventus, quia hoc fecimus ut magis posset proficere. Datum [etc.].

Ibid.

686

Bononie, 27 Apr. 1467

Fecimus et locavimus de gratia speciali in conventu nostro papie fratrem Petrum de Brugis ³⁸⁸) etc.

Ibid.

687

Florentie, 20 Iunii 1467

Posuimus de gratia nostra spetiali pro studente in conventu bononiensi fratrem Iudocum fockaert etc.

Ibid.

³⁸⁸) MAIOCCHI-CASACCA, o. c., t. V, p. 384.

688

Rome, 9 Oct. 1467

Fecimus cursorem in conventu bononiensi fratrem Iacobum de dordraco cum gratiis cursorum, ut completo anno ad studium lovanie debeat se conferre, et in casu quod ibidem, scilicet bononie, non retinetur, quod nunc ad studium lovanie debeat accedere.

Ibid.

689

Rome, 10 Oct. 1467

Fecimus vicarium nostrum Magistrum Iacobum de ostende in 4^{or} conventibus, scilicet brugensi, Gandensi, yprensi et Michiliniensi, ut possit disponere de capite et membris, hinc ad festum natalis domini. Item precepimus ei quod fratrem henricum bol qui litteras nostras falsificavit, et ut dicitur litteras apostolicas, ponat in perpetuis carceribus. Item quod accipiat omnes litteras a nobis factas a fratribus et videat ac rescribat nobis in quo registro et cartis fuerint registrate.

Ibid.

690

Rome, 10 Oct. 1467

Dedimus litteras ad conventum brugensem pro reformatione illius conventus multa continentes, 1^o quod omnes intersint officio, facientes distinctionem inter magistros et alios. Item quod omnes sint in tabula exceptis magistris, baccalariis, lectore actualiter legente, et procuratore. Item quod nullus, exceptis magistris et priore, servitorem secularem retinere possit, sub pena privationis camere et conventualitatis. Item sub eadem pena et rebellionis, quod nullus, exceptis magistris, priore et procuratore cameras extra dormitorium habitare seu habere possit. Item quod hostia camerarum inferius muro claudantur. Item quod due camere ultime pro infirmis reserventur, et per nullum preterquam infirmos habitentur. Item venditio illa facta de camera fratris egidii sine licentia nostra retractetur et ipse puniatur prout in illa littera continetur. Item quod nullus non obstantibus nostris literis possit extra refectorium comedere aut hospites seculares retinere. Item quod porta ibi claustris, et hostiam dormitorii semper claudantur ³⁸⁹) et nullus seculares in dormitorio teneat sub pena privationis camerarum. Item quod nullus libros sine licentia vicarii nostri ex libraria extrahere possit, et extractis infra

³⁸⁹) Ms: *claudatur*.

octo dies a notitia presentium sub pena furti ³⁹⁰⁾ imponantur. Item quod sacrestia infra octo dies visitetur et de bono sacrista provideatur. Item quod fratres vadant cum cappis ad missam, et in diebus festivis ad vespervas, exceptis magistris. Item quod nullus extra conventum ultra bis in ebdomada comedere possit, et quando commedit, nolumus quod panem aut vinum habeat ³⁹¹⁾ a conventu. Item quod sub pena privationis conventualitatis nullus audeat pernoctare extra domum aut cenare ultra unam horam noctis. Item si ita est, quod frater Nicholaus arnoldi et frater guiglielmus de massenhove duci burgundie prodicionem et felloniam fecerant, eis per sex menses ad carceres iudicamus, et post hoc per 10 annos privamus provinciam colonie, ad quam infra terminum istum reverti non possent. Item quia prior conventus brugensis contra voluntatem prefati principis eos retinuit, eum privamus officio, dantes facultatem vicario nostro ut alium instituat. Item mandamus quod sententia data in capitulo provinciali contra fratrem baldovinum in suo robore permaneat et servetur. Item a procuratore ducis burgundie ore proprio de fellonia eorum audivimus.

Ibid.

691

Rome, 10 Oct. 1467

Quoniam audivimus provincialem colonie mortuum esse ³⁹²⁾, fecimus vicarium nostrum Magistrum Iacobum de ostende in dicta provincia et ut posset congregare capitulum in mense maii ³⁹³⁾ in conventu traiectensi vel dordragensi in festo sancti servasii episcopi et confessoris, sed si non esset mortuus, quod hoc faceret ipse provincialis et si nollet facere, faceret magister Iacobus et quod servetur modus per s[ancitissimum] d[ominum] nostrum in dicto capitulo institutus. Item quod in dicto capitulo magister Iacobus possit facere duos lectores, qui fuerint illius dignitatis capaces et ydonei.

Ibid.

692

Rome, 12 Oct. 1467

Dedimus litteras legendas ante capitulum provinciale futurum

³⁹⁰⁾ Ms: *rebellionis*, corrigé en *furti*.

³⁹¹⁾ Ms: *habeant*.

³⁹²⁾ Le provincial Gérard Putman, de Malines, n'était pas mort. Voir plus loin les documents 693 et 697.

³⁹³⁾ Ms: *mai*.

celebrandum, in quibus exhortati sumus ut omnes patres et fratres illius provincie litteras... et ad hoc faciendum eos maxime exhortati sumus etc.

Ibid.

693

Rome, 13 Oct. 1467

Fecimus vicarium ³⁹⁴⁾ in capitulo provinciali proxime celebrando in provincia colonie magistrum Iacobum de ostende, cum auctoritate etc. Item suasimus et volumus, quod servarent que protectori videbantur. Item quod ante quam discederent de capitulo, priores conventuum donec Magistro Iacobo satisfactum esset, de pecuniis seu rebus alias per generalem in capitulo michiliniensi adiudicatis, similiter. Item fratribus conventus colonie. Item Magistro Gerardo de michilinea, quod sibi satisfaciat et cum eo concordetur.

Ibid.

694

Rome, 13 Oct. 1467

Hac die poni debet littera vicariatus capituli supra posita, in qua magistrum Iacobum de ostende vicarium instituimus etc.

Ibid.

695

Rome, 17 Martii 1467 [= 1468]

Concessimus licentiam fratri Lamberto redeundi ad provinciam suam et presentandi se provinciali provincie sue per totum mensem maii futurum, sub pena rebellionis declaravimus eum ab apostasia et vinculo excommunicationis et irregularitatis fuisse a nobis iuxta nostras constitutiones absolutum.

Dd 6, f. 74r

696

Rome, 2 Apr. 1468

Confirmavimus per litteras patentes ad totum capitulum omnia que Magistro Iacobo ostende concesseramus secundum voluntatem illustrissimi domini protectoris et nostram.

Ibid.

697

Rome, 18 Apr. 1468

Concessimus Magistro Gerardo de michilinio, ut posset cogere

³⁹⁴⁾ Après vicarium, il se trouvait d'abord dans le manuscrit: *de voluntate pontificis*, mais cette mention a été biffée.

sub omni censura ordinis ad satisfaciendum sibi omnes collectas provincie [quibus] esset ei obligati.

Ibid.

698

Rome, 23 Apr. 1468

Concessimus licentiam fratri Nicholao arnoldi, lectori de brugis, et fratri Guillermo de massanova, lectori de brugis, ut possint se transferre ad provinciam Anglie.

Ibid.

699

Viterbii, 5 Maii 1468

Concessimus licentiam fratri ludoco de ypris, ut posset ad conventum suum et provinciam suam colonie redire, et eum suis patribus commendamus.

Ibid.

700

Eadem die

Concessimus fratri petro Mebele cursori, ut de nostra gratia esset in studio Lovaniensi et cum gratiis etc. consuetis.

Ibid.

701

Florentie, 1 Iulii 1468

Confirmavimus in provincialem Magistrum Iacobum de ostende cum gratiis etc. Item quod cogere posset provinciales reni et saxonie ³⁹⁵⁾ ad solvendum iuxta summam instrumenti.

Ibid.

702

Perusii, 23 Aug. 1468

De gratia speciali fecimus et collocavimus in studio et conventu perusino studentem fratrem balduinum de dordraco.

Ibid.

703

Perusii, 23 Aug. 1468

Dedimus litteras fratri Modesto ³⁹⁶⁾, ut posset redire ad istam provinciam et manere in observantia in conventu colonie.

Ibid.

³⁹⁵⁾ Voir doc. 707.

³⁹⁶⁾ Modeste de Gueldre. Voir les documents 612 et 792.

704

Rome, 29 Oct. 1468

Concessimus licentiam fratri Nicholao bevelare de Gandavo cursori ³⁹⁷⁾, ut posset suscipere gradum lectorie sub quocumque regente, et quod posset promoveri ad alios gradus per patres sue provincie, tamen quod confirmatio earum promotionum ad nos pertineat nec aliquid valerent nisi fuerint per nostras litteras acceptate.

Ibid.

705

Rome, 7 Febr. 1468 [= 1469]

Concessimus licentiam fratri Conrado ³⁹⁸⁾ ... qui depingere scit bravia olla, vendendi et de pretio vitam substantandi et eundi, si opus fuerit, ad alias provincias causa vendendi dicta bravia, salva semper officialium obedientia et ordinis honestate.

Ibid.

706

Rome, 15 Maii 1469

Concessimus licentiam fratri Iacobo de dordraco cursori, ut possit quodcumque voluerit et sub quocumque magistro gradum lectorie suscipere cum omni auctoritate et exemptione et libertate consueta.

Ibid.

707

Rome, 1 Dec. 1469

Dedimus litteras ad magistrum Iacobum ostende, ut sub censuris cogere posset provinciales Reni et saxonie ad solvendas sibi collectas, quas nobis solvere debent et quod etiam posset eosdem ab officio subspendere quousque satisfacerent.

Ibid.

708

Bononie, 16 Maii 1470

Concessimus licentiam fratri Iohanni de colonia, qui plures annos in italia fuit, redeundi ad provinciam colonie, Reni vel ad aliam in alamania sibi magis comodam.

Dd 6, f. 222v

³⁹⁷⁾ Ms: *cursor*.

³⁹⁸⁾ Ms: *Corado*. Le nom de famille ou de lieu manque.

(A suivre).